

294.

1236—1238.

Konung ERIC ERICSSONS bekräftelse på en, genom Konungens Svåger och Ombud BIRGER, vid allmänt möte i Wernamo, uppgjord förening emellan Munkarne i Nydala och invånarne i östbo, angående skogarne Flata och Nutahult.

A. 3. x. 1: 5. *)

E. dei gratia Sveorum Rex huius nominis tercius tam presentibus quam post futuris omnibus. salutem in perpetuum. Compositionem pacis inter monachos noueuallis & illos de østbo. super littigio siluarum. flatu uidelicet & mutaholt. quam fecit dominus. B. dilectus gener noster. in hoc ipsum a nobis missus. notam facimus uniuersis. facta est autem in warnnamo. sub hac forma. Ingimarus paruus prouincie prolocutor. Biorn filius gøta. Sibbi de wellisten. Birgerus & calf. fratres de werendia. Wikingus in høm. Ani de nýbili. Vddi de wesholt. Vbbi in røsbergum. Tubbi in ouaxthorp. Ouagus Resa. Throtti in tandu. Isti primi manus dederunt. nobis principaliter licet presentes non essemus. & domino. B. & abbati. S. qui personaliter affuerunt. ceteris de populo in id ipsum acclamantibus pari uoto & communi assensu. a lite penitus desistentes. Quicquid uero dominus. B. ipsius compositionis mediator. ex parte nostra donauit & indulsit abbati, & abbas prouincialibus uniuersis tunc in audientia communi. scilicet emendam pecuniariam totam. pietate regali fixum & ratum nos habemus. & sicut iam facta sunt inconuulsa maneant & immota. Et ne de cetero quisquam utriusque partis aliquid incontra attemptare presumat. ea presentium testimonio. & sigilli nostri munimine confirmamus.

På frånsidan: flatw & nythult (De siluis flatu. mutahult. A. 3. x. 1: 6)
Sigillen N:o 1 3 bortfallne: lärfstrådarne hänga qvar.

295.

1237.

SUNO FOLKE JARLS SONS och HELENA KONUNG SVERKERS Dotters afsägelsebref på de deras arfve-gods i Kimstad och det sammans aflåtande till Wreta kloster.

A. 3. t. 1: 3.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris presens scriptum perspecturis. S. fulconis ducis filius. & E. Suerchonis regis filia. salutem in uero salutari. Quoniam diuersorum diuerse solent opiniones accidere. nos tocuis ambiguitatis difficultatem volentes excludere. presentium tenore notificamus. quod omnia que nobis jure hereditario in kimstadum attinebant. nobis nostrisque heredibus abdiximus. & vryetensi conuentui eternaliter possidenda contulimus. Sunt autem hec supradicta ad honorem dei &

*) Samma handling finnes ock A. 3. x. 1: 6. af samma hand och alldeles lika beskaffad.